



Disputatio juridica quadragesima-quarta de L. Falcid. & SCto. Trell, ad Tit. 2. Lib. 35. & Lib. 36. Pandect.

<https://hdl.handle.net/1874/341240>

DISPUTATIO JURIDICA
 QUADRAGESIMA-QUARTA
 DE
 L.Falcid.& SC^{to}. Trebell.

AD
 Tit.2. Lib.35. & Lib.36. Pandect.

Q V A M

Favente Deo Opt. Max.


SUB PRAESIDIO

D. CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA
 J.U.D.nec non ejusdem Facultatis in Illustri Rheno-
 Traject. Academ. Profefs. Pandect. Ord. & p. t.
 Rector. Magnifici,

Publi è defendendam suscipit

JOANNES VERSYDE Roterodam. Batav.

Ad diem 10. Decemb. hor á locoque solitis.



ULTRAJECTI,

Ex Officinâ JOANNIS à WAESBERGE,

ANNO cl o l c LI.

Amplissimo & Reverendo Viro

D. JOANNI VERSYDE
Exconsuli Rotterodam. Archi-
Consiliario Schieland. &c. A-
vo suo paterno in æternum co-
lendo.

NEC NON

NOBILISS. & GRAVISSIMIS
eiusdemque Collegii Membris
dignissimis.

Hæc suas primitias Iuridicas

D. D. D.

JOANNES VERSYDE

Respond.

DISPUTATIO JURIDICA
QVADRAGESIMA-QUARTA,

DE

L.Falcid.& SC^{to}. Trebell.

AD

Tit.2.Lib.35.& Lib.36. Pandect.

THESIS I.



AD l.1.tit.2.lib.35. quæritur, an l.Falcidia dicta sit à falcando, an Falcidius fuerit Consul, an Tribunus qui d.leg. sive Plebiscit. à plebe Romana impetraverit? Sed cum istæ quæstiones levioris momenti sint, nobis hic ventilandæ non videntur. Videtis tamen *Trentl. disp. 14. vol. 2. thes. 1. lit. e* & *ibi Bacchov.* Inutili quoque opera disquiritur, an d.l. jure veteri primariò in favorem testatoris introducta sit; quoniam jure novo hoc ex eo certum apparet, quod testator eam prohibere possit. *Nov. 1. c. 2. s. 2.* Diss. vide apud *Trentl. d. disp. thes. 5. lit. b.* & *ibi Bacchov.* Nos in *disp. ad h. t. Inst. thes. 1.* Sed habebitne etiam locum illa prohibitio in liberis primi gradus? *Neg. l. jubem. 6. C. ad SC. Trebell.* Diss. vide apud *Trentl. d. thes. 5. lit. b.* & *ibi Bacchov.* Sed detrahentne duas quartas, an duntaxat legitimam? Aff. posterius. *d. l. 6.* ubi ex professo Imp. Zeno agit de liberis, qui vel fideicommissò universali, vel legatis singularibus supra dodrantem gravati sunt, & tamen constituit, ut solummodo Trebell. vel Falcidiam, hoc est, legitimam retineant, quæ jure novo pro numero liberorum aucta est. *Nov. 18. c. 1.*

Diff. vide in *d. disp. nostr. thes. 1. in fin. & apud Treutl. thes. 2. lit. a & ibi Bacchov.* Cæterum hoc jus Romanum jure Canon. & Moribus recte correctum esse, ut & beneficium Falcid. & SC. Trebell. abrogatum, probavi ad *hh. tit. Inst.* Quare non pauca de iis quaestiones silentio præteritæ sunt, aut leviter excussa. Potestne ergo jure Canon. in filio detractio Falcidiæ vel Trebellanicæ portionis prohiberi? *Neg. C. Raynut. & Raynald. ext. de testam. junct. l. nemo potest. § 5. de leg. 2.* Diff. vide apud *Ioan. à Sande 4. tit. 7. def. 5.*

II.

An eand. l. 1. § 5. quaeritur, an jure novo detractio l. Falcid. cesset in legato ad pias causas relicto, hoc est, an *d. §.* corrigatur per *Auth. Similiter C. h. t. sive Nov. 131. c. 12. Aff. d. c. 12.* ubi Justinianus præcepit, quidquid ad pias causas relictum est, solvendum esse, licet heres dicat vel probet, substantiam testatoris non sufficere ad legata solvenda. Itaque d. Constitutionis causa non fuit heredis mora vel morositas, sed solus favor piæ causæ, cui in casu dubio semper patrocinandum est. Quinimò Moribus multarum Gentium recte d. l. Falcid. in totum abrogatam esse, notavimus in *not. ad h. t. Inst. Diff. vide in d. disp. nostr. ad §. 2. Inst. h. t. Bus. ad d. §. 5. Bacchov. ad Treutl. d. thes. 5. lit. f. Fachin. §. c. 87.* Res judicatas vide apud *Ioan. à Sande lib. 4. tit. 7. def. 10. Christin. vol. 1. decis. 320.* Sed talia legata privilegiata aggravantne reliqua? *Neg. arg. l. 36. §. 3. h. t. l. 74. non debet.* de R. I. excepto casu, quo uni eidemque legatum est, quod Falcidiæ subest, & quod non subest. Diff. vide in *d. disp. nostr. d. thes. 5. & apud Treutl. d. thes. 5. lit. k. in fin. & ibi Bacchov.*

Ad *§. 13. & 14. d. l. 1.* quaeritur, an locus Falcidiæ sit, quando portio portioni accrevit? Si onerata legatis accedat non onerata, nihilominus quarta deducitur; quia heres, qui succedit in locum coheredis, succedit quoque in ejus jus. Si contra fiat, non deducitur; quia ille, cui portio non onerata accrescit, revera jam habet partem hereditatis. *dd. § 9. & l. 11. §. pen. & l. 78. h. t.* Diff. vide in *d. disp. thes. 2. & apud Treutl.*

Treutl. thes. 2. lit. e. & ibi Bacchov. Fabr. conj. 4. c. 13.

III.

Ad l. 3. §. ult. quæritur, an ibi trientes usuræ intelligantur, quæ triennio sortem æquant? Neg. quia regulariter sunt tertia pars usuræ centesimæ. Diss. vide apud *Busf. ad d. §. fin. & Fachin. §. c. 14.*

Ad l. 5. quæritur, an Falcidia ex commodo tantum, an ex toto legato deduci possit, quando legatum utile est propter commodum representationis? Dixerim primus saltem in abstracto, nihil Falcidiæ nomine ex tali legato deduci posse, siue conditio vel dies exstiterit vivente testatore, siue eo mortuo. *d. l. §. l. si cred. 28. §. ult. de leg. 2. l. 3. §. 2. de leg. 3.* Ratio est, quia nec debitor conditionem creditoris deteriore facere potest, nec creditor agnoscendo legatum debitum sibi præjudicare voluisse dicendus est. Diss. vide apud *Treutl. thes. ult. & Bacchov. ad Treutl. disp. 13. thes. 4. lit. i. & k. Fabr. conj. 4. c. 12.*

Ad l. 15. §. 1. & ult. quæritur, an heres saltem naturaliter, si non civiliter, teneatur ad integra legata præstanda? Aff. *l. error 9. C. h. t. junct. l. 13. de condit. indeb.* Diss. vide apud *Treutl. thes. 6. lit. d. & ibi Bacchov.*

Ad l. 17. quæritur, an *d. l.* recte Moribus Galliæ abrogata sit? Neg. quia detractio Falcidiæ ne quidem in testamento pagani jure gent. locum habet. Diss. *Autumn. ad l. 7. C. h. t.*

IV.

Ad l. 22. §. 3. quæritur, an *d. §.* censurâ dignus sit? Neg. quia legata liberatione aucta intelliguntur bona debitoris. Diss. *Autumn. in Cens. Gall. ad d. §. ubi suam sententiam Moribus Gallorum comprobari, testatur.*

Ad l. 30. §. 7. quæritur, an *d. §. 7.* pugnet cum *l. 91. eod.* Neg. quia *d. §. 7.* tantum narrative loquitur, ut satis manifeste ex ipso §. apparet. Si hæc nova responsio non arrideat, dabo & aliâ novam in arena. An ergo in Trebellianicam imputantur, quæ jure legati, fideicommissi, vel conditionis implendæ causa heres accepit, licet non imputentur in Falcidiam? Aff. *d. l. 91. ubi ex-*

ceptio, de qua latius ad eand. Ratio differentiæ allegata est in *disp. nostr. ad pr. Inst. h. t. thes. 3.* Dis. vide *ibid.* & apud *Trentl. thes. 3. lit. c. & ibi Bacch. Fachin. 5. c. 15. Zoef. ad tit. seq.*

Ad l. 48. quæritur, an d. l. procedat, licet evictio facta sit post aditam hereditatem, & num idem sit, factio inventario? Sed frustra, quum actio in duplum hodie in usu non sit, ut dixi ad *tit. de evict.* Vide tamen, si lubet, *Bu. ad d. l.*

Ad l. 49. & l. 73. §. *fin.* quæritur, an heres invitis legatariis Falcidiam in una re detrahere possit? Neg. *ad. ll. & Auth. res. qua. C. comm. de legat.* Ratio est, quod conditio legatariorum hic equaliter spectanda sit. Sed quid, si uni plura legata relicta sunt? Idem tamen dicendum est. *arg. §. 22. Inst. de legat.* Adde *Castrens. ad l. 24. C. fam. ex c. n. 4. & 5.* Dis. vide apud *Trentl. d. thes. 3. lit. k. Grass. §. Falcid. q. 8. Vand. lib. 2. q. 17.*

Ad d. l. 49. quæritur, quomodo conveniat cum l. 37. §. 1. *de adq. rer. dom.* Item quæritur, an pugna sit inter *pr. l. 56. & l. 83. h. t.* Sed cum quæstiones de servo & peculio infrugiferæ sint, illis hic locum dare non lubet.

Ad l. 57. quæritur, an detractio Falcid. saltem locum habeat in legato dotis, quatenus ei commodum repræsentationis accessit? Sed frustra, ut apparet ex *nostr. ad d. l. 5. h. t.* Vide tamen, si vacat, *Bacchov. ad Trentl. thes. 3. lit. k.*

Ad l. 58. quæritur, an jure novo beneficium Falcidiæ vetitum videatur, si testator omnia & integra legata solvi voluit? Aff. quia verba disponentium non debent videri otiosa aut supervacua. Deinde æquipollentia admittenda sunt, præsertim ubi domino libera rerum suarum administratio conceditur. Dis. vide apud *Trentl. d. thes. 3. lit. b. & ibi Bacch. Fachin. 5. c. 15. & nos in d. disp. ad h. t. thes. 4.*

VI.

Ad l. 81. §. *ult.* quæritur, an etiam donationes morte confirmatæ Falcidiam patiantur? Neg. quia istæ donationes non sunt pars ultimæ voluntatis. Plura non addo, quia quæstio vix usum habet. Dis. vide apud *Christm. vol. 3. decis. 137. & vol.*

& vol. 4. decis. 56. ubi juxta nostram sententiam judicatum refert.

Ab l. 86. quæritur, an d. l. juri & rationi conveniat? Sed ea de re commodius in not. ad d. l. Vide interim *Bus. ad eand.*

Ad l. 91. quæritur, an ille vers. pro ea vero parte & c. Item ille vers. Sed & quod implenda & c. in d. l. expungendi sint? *Neg. dd. vers. quorū primus confirmatur & repetitur in l. 74. h. s. & l. in fid. 18. ad SC. Trebell.* Alter vers. confirmatur. *arg. dd. ll. & l. mul. 22. §. 2. ad SC. Trebell.* Diss. vide apud *Bus. add. l. 91 & Bacchov. ad Treutl. thes. 3. Fabr. 6. conj. 4. & 5.* Porro quæritur, an illa verba d. l. 91. pro ea vero parte & c. non tantum ad detractionem Trebell. referenda sint, sed etiam ad Falcidiam? Disputo quod lubet, quum ista quæstio vix usum habeat, ut testatur *Fachin. l. 5. c. 15. & nos forsan latius in not. ad d. l.* Diss. vide apud *Fachin. d. loc.*

Ad l. 39. quæritur, an jure veteri heres etiam per vindicationem jus Falcidiæ consequi potuerit? Sed frustra, quum sufficere debeat, quod jure novo possit, aut saltem Moribus, quibus formulæ aut nomina actionum non attenduntur. Videtis tamen *Bacchov. ad Treutl. thes. 4. lit. b. & i.*

VII.

Ad l. 1. tit. 1. Lib. 36. quæritur, an heres gravatus fideicommissis singularibus detrahât quartam vi l. Falcid. an vi SC. Trebelliani? Aff. prius. *d. l. 1. pr. l. 2. & 3. C. comm. de legat.* Diss. vide apud *Fachin. 5. c. 12. Bus. ad d. l. 1.* An ergo idem dicendum, quamvis testator partem hereditatis legaverit? Aff. *dd. ll.* Diss. vide apud *Fachin. 5. c. 11. & Bus. ad l. 22. §. fin. h. s.*

Ad §. pen. & ult. d. l. 1. & l. seqq. quæritur, an etiam legata inter heredem & fideicommissarium pro rata dividenda sint? Distinctione, cujus nos nec hodie pœnitet, usi sumus in *d. disp. Inst. ad §. 10. h. s.* Diss. vide *ibid. & apud Treutl. thes. 9. lit. c. & ibi Bacchov.*

Ad l. 3. §. 2. quæritur, an Trebellianicæ deductio fiat deductis legatis, an verò ex tota hæreditate? Aff. posterius. *d. §.*

2. Diss.

*Ab l. 2. §. 6. C. de veteri jura em
et usq. de h. her. 2. §. 2.
si l. Falcidia in p. h. s. l. 1.
Legatis, ergo non fideicommissis*

2. *Diss.* vide apud *Fachin.* §. c. 8.

Ad §. 4. d. l. 3. quaritur, an prælegata veniant in restitutionem fideicommissi? *Aff.* Sub distinctione, quæ est in d. §. juncto temperamento, quod est in d. l. 18. §. ult. h. t. Atque ita judicatum, testatur. *Ioan. d. Sande lib. 4. tit. 5. def. 12.* *Diss.* vide in d. *disp. nostr. ad §. 9. Inst. h. t. Bacchov. ad Treutl. d. thes. 3. Bus. ad d. §. 4. Fabr. ad h. t. C. def. 28.*

VIII.

Ad l. 4. §. 13. §. 3. quaritur, an etiam heres heredis ad hereditatem adeundam cogi possit? Sed frustra, quum jure novo nec ipse heres institutus cogi possit. *arg. Nov. 1. c. 1. §. 1.* Moribus res extra controversiam est, ut notavi ad h. t. *Inst.* Vide tamen, si lubet, *Treutl. thes. 10. lit. c. & ibi Bacchov.* Sed videamus, an ut coactus non detrahit *Trebell.* sic etiam non detrahat prohibitus à testatore? *Aff. arg. d. Nov. 1. c. 2. §. 2.* Atque ita consuetudine servari, quæ optima legum interpret est. l. 37. de legib. dixi in d. *disp. ad §. 10. Inst. h. t. thes. 13.* Ratio est, quia uni cuique libera de bonis suis disponendi voluntas concedenda est. l. 21. C. mand. l. 1. C. de SS. *Eccles.* *Diss.* vide *ibid. & apud Bacchov. ad Treutl. thes. 10. lit. a. Bus. ad d. l. 3. h. t.* An habeat locum hæc prohibitio in liberis primi gradus, An gravati fideicommissio duas quartas detrahant, collige ex *thes. 1. & d. disp. Inst. thes. 7.* *Diss.* vide *ibid. & apud Bus. ad d. l. 3.* Sed videturne filius simplici hereditatis aditione renuncialse petitioni quartæ prohibere? Nequaquam. *arg. l. 25. pr. de probat.* *Diss.* vide apud *Treutl. d. thes. 10. lit. b. & ibi Bacchov. Gail. 2. obs. 119. Fachin. 13. c. 56.* An detractio *Trebell.* prohibita censeatur, quando heres rogatus est totam omnino hereditatem restituere, conclude ex *thes. 5. ad l. 58. ad l. Falcid.* *Diss.* vide in d. *disp. nostr. ad Inst. h. t. thes. 12. in fin. & apud Bacchov. ad Treutl. thes. 10. lit. a.* An quarta *Trebellianica* vetita censeatur, quando testator vetuit bona sua alienari, cense ex *nostr. disp. ad h. t. Inst. thes. 14.* *Diss.* vide *ibid. & apud Bus. ad d. l. 3. & Bacchov. ad Treutl. d. thes. 10. lit. b.*

Ad *d. l. 17. §. 7.* quæritur, an fideicommissario, quis a se sit heredem mortuum sine liberis, incumbat probatio, an vero ei, qui dicit eum decessisse liberis relictis? Sed hæc quæstio decisa est in *disp. ad l. 2. de probat. & disp. ad l. 114. de legat. 1.* Adde *Busf. ad d. §. 7. Diss. vide apud Eund. d. loc. & in dd. disp. nostr.*

Ad *l. 18. & 22. §. 4.* quæritur, an fructus ante diem vel conditionem fidei commissi cedentem percepti imputentur in Trebellian: quando duæ quartæ detrahuntur? Neg. per ea, quæ diximus, in *d. disp. Inst. thes. 10.* Diss. vide *ibid.* Quid tenendum sit de fructibus in hereditate inventis, & perceptis hereditate jacente, apparet aperte ex *l. 20. §. 3. vers. Fructus autem D. de petit. hered.* Diss. vide apud *Fachin. 12. c. 66. & 67.* Quæstio, an filius gravatus fideicommissio teneatur fideicommissum supplere ex fructibus extra quartam Trebellianicam perceptis, & similes quæstiones, sicut inutiles sunt, aut jam decisa. Vide *Fachin. d. lib. 12. c. 69. 70. 71. 72. & lib. 13. c. 51. Fab. ad h. r. C. def. 4.*

Ad eand. *l. 22. §. ult.* quæritur, an institutus in re certa Trebell. deducere queat? Sed frustra; quia Moribus institutus in re certa habetur pro herede, sive coheredem habuerit, sive non habuerit, ut dixi ad *l. 1. de heredib. instit.* Quare nec Bacchovio ad *Treutl. thes. 10. lit. K.* absurda videri debet sententia Lyclame, quæ statuit, institutum in re certa revera heredem esse, licet ei cohæres adjunctus sit. Vide *Busf. ad l. 35. de heredib. instit.* Sed potestne & ipse fideicommissarius heres deducere? Ajo, nego. Vide *Fachin. §. c. 7. Fabr. C. h. t. def. 5.*

X.

Ad *l. 27. §. 12.* quæritur, an jure novo filius testamentum, in quo duntaxat substitutus est, nullum declarare possit, id est, an *d. §. correctus* sit per *Nov. 115. c. 3?* Aff. per ea, quæ diximus ad *tit. Inst. de exhered. lib. & tit. D. de liber. & posth.* Diss. vide apud *Autumn. in Cens. Gall. ad d. §.* Quare & fru-

stra contenditur inter Salmasium & Advocatum Paris. an in
l. 46. h. t. illa verba, quoniam dies fideicommissi &c. delenda
sint. Sane dictam rationem, quam Salmas. ad jus Attic. c. 18.
defendit, meram scrupulositatem esse, demonstravi ad §. 2.
Inst. de V. O. & l. 10. de condit. indeb.

An in l. 31. §. 2. interpolatio sit, nihil curandum est, cum
justa sit. Vide Salmas. observat. ad Jus Attic. c. 19.

Ad l. 32. quæritur, an d. l. pugnet cum l. 57. h. t. an cen-
sura digna sit, & an emendatione opus habeat? Neg. d. l. 32.
ubi testatoris enixa est voluntas de fructibus restituendis.
Dis. vide apud Garhof. & Autumn. hic. Cujac. 4. obs. 39.

Ad l. 55. quæritur, an Jus patronatus transeat in fidei-
commissarium? Aff. quia accidens sequitur subjectum, cui
inheret. Quod maxime procedit Moribus, quibus vendi pot-
est. Dis. Vide apud Bus. ad d. l. 55.

Ad l. 57. §. 1. quæritur, an fideicommissum conditiona-
le unitum cum jure accrescendi transmittatur? Neg. §. 1.
Dis. Vide apud Fachin. 10. c. 21. Quod in abstracto loquen-
do & Moribus ad liberos saltem fideicommissarii devolvat,
dixi alibi sæpius.

XI.

Ad l. 63. §. 7. quæritur, an hic sit transpositio paragrapho-
rum. Sed mirum est, Salmasium non animadvertisse, quod
sit quædam iniquitas in d. §. 7. ubi turpis conditio remittitur
& vitatur, cum deberet vitare institutionem, atque de o fi-
deicommissum. d. §. 7. in fin. contra §. 9. d. l. 63. Vide Sal-
mas. ad observat. ad jus Attic. c. 19.

Ad l. 65. §. 2. quæritur, ad d. §. censura dignus sit? Aff.
per ea, quæ dixi in not. ad l. pen. de Iustit. & Jur. Adde Bo-
din. di Rep. n. 489. & seqq. Gravius errant, qui arg. d. §. exi-
stimant, Jus Romanum recipiendum, licet manifesto errore
vel ambitione laboret.

Ad l. 76. quæritur, an hoc, quod in d. l. substitutio in co-
dicillis facta spectatur in fideicommissi speciale sit? Neg. per ea,
quæ dixi in disp. ad l. 10. & 13. de Jure Codicill. Dis. vid. ibid.

Ad

Ad l. 78. §. ult. quæritur, an d. §. correctus sit per l. 2. C. de rescind. vendit. Sed & de ea quæstione nos diximus ad tit. de resc. vend. Si tamen rursus exercitii gratia bellare lubet, utramque partem tueri conabimur.

Ad l. 21. tit. 2. quæritur, an in pr. d. l. quid emendandum sit? Sed frustra, quum de mente & sensu JC^u constet. Vide tamen, si lubet, *Salmas. ad. obs. c. 18.*

Ad l. 25. §. 1. quæritur, an in d. §. pro nec legendum sit et Aff. per verba, quod si verbo debiti & c. junct. l. 41. de condict. indeb. & l. 5. de auct. tut. ut significavi ad dd. ll. & tit. Inst. de auct. tut. Diss. vide apud *Gothof. a d d. §. 1.*

Ad l. 6. pr. tit. 4. quæritur, an in d. §. fructuarius juste repellatur, etiamsi testator ei cautionem remisit? Neg. quia heres, qui in uno agnoscit voluntatem testatoris, eidem etiam in altero parere tenetur, præsertim ubi testator disponit de bonis suis, & nihil contra bonos mores injungit. Vide *disp. nostr. ad l. 5. de usuf. ear. rer.* Quæ ergo sit ratio differentie inter dictam cautionem & cautionem legat. serv. causa factam, frustra quæritur. Vide tamen *Zoesf. ad tit. 3. & d. nostr. disp.*

Ad l. 8. & 13. quæritur, an dd. ll. corrigantur per *Nov. 53. r. 4. §. 1. Aff. d. §.* ubi tantum pro modo debiti missio in possessione fit. Ratio est, quod alioquin heredi iniqua conditio offerretur contra l. 74. de R. I. Diss. *Cujac.* quem sequitur *Zoesf. ad h. t. v. 2.*

F I N I S.

Ornatissimo & Doctissimo Iuveni,

D. JOHANNI VERSYDE,
publicè de L. Falcid. & Scto. Trebell.
disputanti.

Pulpita conscendis nostra sacra Minervæ,
Dignus, ut ornetur fronde virente coma.

Non te delectant sævi vtilantia Martis

Arma; sed exspectat laureaserta caput:

Ante alios etenim te insigni munere Pallas

Prosequitur, largâ dans tibi cuncta manu.

Et meliora dabit, modo filum ferrea Clotho

Protrahat, atque annos det tibi Nestoreos;

Te Roterodamum felix VERSYDE superbit

Invideo hunc Iuvenem turbide Mosa tibi.

Sic perge, atque brevi cinget tua tempora victrix

Laurus, cumque tuo nomine crescet honos.

Festinate calamo

cecsnit

G. G. F. A. D. V. P. S.